532. 11. aut αὐτῶ leg. cum codd. quibusdam, aut αὐτῷ. prius si malis, erit λυπηρὸς habendum pro nomine substantivo, ut ἐχθρὸς habetur, quod tamen proprie adjectivum est.

16. post δαπάνης deest κατορθούμενα aut ἀποδιωχθέντα vel simile quid.

26. videtur Valla legisse ἤν δή ποτε αὐτοὺς ἐξελῶσι, et αὐτοὺς ad Athenienses retulisse. ego vero ad Persas refero, et secundum μὴ servo, sed primum cum δὴ muto. et sic interpretor. nisi contingat, ut graeci ipsi per se absque auxilio Lacedaemoniorum, eos, Persas, expellant.

41. λανθάνειν, ἦν οὐ πρόθυμος. aut συνεμάχει οὐ προθύμως.

~~ante ... ...~~

533. 55. punctum aut commate, quod malim, aut semicolo mutandum. nondum enim plena et perfecta est sententia. sed paullo ante offendo ad voc. πονηρία quod non potest hic significationem consuetam malitiae, fraudis, doli, nequitiae, obtinere, neque ullibi exemplum exstare puto apud scriptorum aliquem, ubi vocabulum hoc hunc sensum habeat, quem interpres ei tribuit, aptum quidem illum et convenientem, regimen τῶν πονηρῶν mendicorum et nequam hominum, quam saeculo plebis nos solemus Canaille appellare. In tota reliqua periodo hac nihil pravum, neque salebrosum est.

62. καὶ secundum delendum.

~~77~~ 65. αὐτοῖς delendum. nam idem est quod sequens ἐς ἑαυτοὺς.

77. καὶ ἐπὶ σφίσιν.

ult. ἐν θαλάσσῃ δυνατῶν ὄντων.